



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 31. Responsum ad Calvinistarum articulos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

ris Præfectum, Genlium, Grammon-
tium, pluresque alios suæ factionis No-
biles. Ibidem Condæi Principis postu-
lata a Claudio Albaspinæo scriptis
mandata exhibebantur, his articulis
comprehensa. „I. Protestantibus ubi-
„cunque, Parisiensi etiam urbe non ex-
„cepta, postularent, libere conveniendi
„facultas concedatur, ubi vero id non
„peterent, id ipsis non permittatur. II.
„Hoc concesso Angli, & peregrinæ o-
„mnes copię confestim Regno exce-
„dant, & urbes in statum pristinum re-
„stituuntur; III. nullum cuidam in vi-
„ta, bonis, ac conscientię libertate pe-
„riculum creetur; IV. Generale, ac li-
„berum Concilium ad sarcendam con-
„cordiam habeatur intra sex menses,
„quod si intra illud spatium celebrari
„non possit, nationale in Gallia habea-
„tur, eique cunctis interesse liberum sit,
„V. De his omnibus denique articu-
„lis idonee caveatur.

§. XXXI.

*Responsum ad Calvinistarum
articulos.*

Postmodum Regina hosce articulos ita
conscriptos secum asportabat, re au-
tem cum suis Senatoribus in delibera-
tionem vocata demum ita respondebat:
quoad primum caput, Rex postulat, ut
Lute-

Thuan. l. i.
P. Daniel
hist. de Fran-
ce tom. 6.
p. 302. de
l'addit. ex
7. vol. de
1722.

Sæcul XVI. A.C. 1562. Lutetia cum ejus territorio, Lugdunum, & Urbes in Regni finibus positæ, et item, in quibus supremæ Regni Curia sedent, ab hoc numero eximantur, prout etiam ea excipiantur loca, in quibus post edicti in Mense Januario editi promulgationem Protestantes hactenus non convenerunt; his additum, ut Ecclesiastici templis, ac bonis restituantur, & sacra in iis more Majorum peragantur: verum ad hæc mox Condæus Princeps replicabat, quod tunc si in urbibus, quæ in finibus sunt, convenire non liceret, in suburbiis saltem earum, aut alibi, si suburbia deessent, vicinus locus assignetur, & Nobilibus, Baronibus, Castellanis, & cunctis merum Imperium in ditioe sua habentibus, nec vero in aliis, publice conciones habendi jus sit.

Hæc postulata non modo benigne excipiebantur, sed etiam illis satisfacere nitentur non pauci, cum autem quædam adderentur conditiones, quæ turbidæ indolis hominibus, præcipue vero Hugonottarum Ministellis minus probabantur, qui ea hisce pactis emolumenta expectatione minora suæ sectæ accessisse censebant, hinc præsens colloquium suo successu frustrabatur, ac Princeps Condæus Regii exercitus agere, ac stationibus per Nicolaum Pafum

sum Feguerium exploratis de iis astu Sæcul. XVI.
nocturno invadendis consilium cepit. A.C. 1562.

§. XXXII.

*Genius relictis Calvinistarum vexillis
aufugiens.*

Attamen dum alii alios expectant, fu- Thuan. 1. c.
perveniente aurora cuncta Calvini-
starum molimina evanere, biduo au-
tem post rursus repetitum est idem con-
silium, quod tamen haud manifesta-
tum est Genlio præcipuo Protestantium
exercitus Belliduci Ivodii Genlii Fratri,
qui Bituricensem urbem, cum a Rege
caperetur, propugnabat. Hujus Belli-
ducis fides jam tum Calvinistis erat su-
specta, eoquod honorificentius de Duce
Guisio, sub quo olim militaverat, loquere-
tur, pacisque conditiones a Regina pro-
positas æquas diceret, & cum Damvilla,
qui Connestabili Montmorentio præ ce-
teris quatuor filiis suis charissimus erat,
diutius familiari colloquio sese deti-
nuisset: itaque duntaxat in Senatu de-
cretum, ut tunc primum, cum per mon-
tem rubrum Genlio pro hospitio assigna-
tum iter faciendum esset, atque hora
rei exequendæ advenisset, illum non
ante monitum assumerent, ne ei tempus
rei evulgandæ daretur: verum acci-
dit, ut, dum deliberatur, ipse Condæus
Princeps non ea, qua pollicitus erat,
cir-